Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

tinente, & Scorpione Aſcendente fuerit collecta, corpori abſq; vlla controuerſia Venenum lethale exiſtit. Ideoq; in foßione radicis, tempus, quo viriũ parte altera in herbam, altera in flores ſparſa, ipſa tertiã tantũ retinet (Quod circa diem menſis Auguſti, quartũ, octauũ, & decimũ, comodiſſimè accidit: Sole quippe adhuc in Leone exiſtẽte ideoq; tũ qualitatem Radicis Mercurialẽ atq; frigidam emendãte) obſeruaße, omnium maximè fuerit conſultùm. Herba ſimili tempore metitur. Præter hæc tamen, vt tũ Mars quoque in Signo calido & ſicco (vt Leone, Ariete, ſiue Sagittario) exiſtat, Saturnuſq; Sagittarium teneat, & neq; Dignitate in Angulis fruatur, neq; Affectu maligno Marti opponatur, neceſſariũ exiſtit. Semen, vt ſiccitas eius intenſa temperetur, carpitur ineũte menſe Septembri: vel (pro vt ratione loci natalis maturuerit) tempore alio: Signo calido & humido ſc. (vt Geminis, Aquario ſiue Libra) Aſcẽdẽte: & Luna á Coitu ad primam Quadraturam eunte. ARS Chymica, in vſum Medicum ex Planta hac conficit, Medicaminis genus quoddam, quod Hebraicè חרדה Charadach, Græcè Ἀντιταράξικον (quaſi Returbatorium ſiue **Widertoll**) dicitur, Oleũq; vi lethifera præditũ, & Sal mordax, Generiſq; & originis ſuæ Naturæ, viribus contrarijs repugnans.

CONSTELLATIO.

Plantæ foſsio quando infælix & nociua.
♄ in D. 8. Di. hab.
♏ Aſcend.

Quando auſpicata?
M. Aug. 4. 8. 10.
☉ in ♌

Herba colligenda?
Simili tempore, &
♂ in { ♌ ♈ ♐ }
♄ in ♐.

Radix habet
☉ 3 }
♂ 3 1/2 } part.
☽ 5 1/2 }

Caulis herba & flores.
☉ 3 }
♂ 4 } par
☽ 5 }

Semen.
☉ 2 }
♂ 4 } par
☽ 6 }

Temperamentum conſtat.
Sul. 3. }
Sal. 3 } part.
Mer. 6 }

Semen carpitur.
M. Septembri.
♊ ♒ ♎ } Aſcend.
☽ a ☌ ad 1. □

PRODVCTa Pharmaceutica.
חרדה. Charadah ſiue.
Ἀντιταράξ.
Oleum & Sal.

MODVS DESTILLANDI & Ἀντιταράξικον conficiendi.

MODO Deſtillationis duodecimo, ea ineſt natura: vt Subtilitati ſiue Eſſentiæ partium tenuiori, vndecunq; ea fuerit producta, vim & qualitatẽ ei in quo nutrita & alta fuit contrariam inducat. Ideoq; Ciconia, vtpote ex animalium venenatorum paſtu vtplurimum victitanti, atq; non tam Adipe carne & ſanguine in vſũ medicum præbito, quam ſola corporis viui præſentia, venenis quibuslibet pernitioſis, animalium ἰοβόλων, aëris contagioſi, & ciborum intoxicatorum (ſicut Ceruus Serpentibus certare, atq; nidore cornu aduſti eoſdem abigere, febriumq; timoribus carne deguſtata, teſtimonio Plinij lib. 8. cap. 32. medetur) aduerſanti, Methodum ſiue Viam Extractionis eiuſmodi cõparauimus. Vtq; Extractis duobus ſpecierũ Antecedentiũ nomina ſua impoſuimus, ita etiam hoc præſens (Quod, licet compoſitum eius natura agreſti & aſpera præditum, motus turbulentos & feros cieat: Ipſum tamen modo & efficacia contraria, vires ſuas leniter atq; adeo ſalubriter exercere, nec non tumultus humoris exæſtuantis pacare ſoleat) Ἀντιφαρσικὸς Ἀντιταράξικον appellauimus. MODVS autem eius parandi hic eſt. RADICVM conciſarum libræ ferè octodecim, Aceti Violacei ſiue Sambucini aut Roſacei (quod ferè venena omnia, maxima virulẽtiæ ſuæ parte exuere conſueuit) libris nouem per dies totidem macerantur: ita, vt tertio quoq; die, acetum iam viribus radicum imbutum inde coletur, atq; recentis libræ tres qualibet vice ſubſtituantur. Nona die, vbi libræ Aceti tres poſteriores fuerint detractæ, Aqua ardens fortiſſima pari quantitate affunditur: atq; cum in Infuſione & Decolatione eius, vt cum Aceto per dies nouẽ ſimiliter agitur. Quo modo virtus omnis è radicibus elicitur: ita, vt Rei vieta ſiue vita atq; facultatũ vigore carenti ſimiles, neq; odoris neq; guſtus alicuius ſenſum præbeant: aut vlla facultatis ſuæ indicia prodat. His peractis, Acetũ atq; Aqua ardẽs (quæ põdere libras plus minus octodecim conſtituunt) per pãnum lineum mundũ & ſpißum, colando in Circulatorium tranſmiſſa, lento igne donec de libris illis octodecim vna tantum maneat ſuperſtes, in orbem ſiue circulariter traducuntur. Tandem humor reſiduus (qui eleganti flauedine nitet, & vini excocti ſpißitudinem refert) in Cucurbitam conditur: & Alembico ſuperimpoſito, Phlegma in Balneo inde ſeparatur. Quod collectũ, librã ferè dimidiã pendit. Atq; ita libras ſedecim non completas relinquit: Antidotum atq; Electuarium ſanè ſalubre, cuius vires, inter noxas alias ſui quoq; generis venenis [illegible] manifeſta reſiſtunt.

fouet, inq; corpora exercet. Examen enim Artificiale, Radici (quæ partium reliquarum Plantæ ipſius nobiliſſima eſt) á Sole ineſſe oſtendit Partes tres, á Marte ſeſquiquatuor, á Luna quinq; cum dimidia: Cuius quidem rei explorandæ negocium, impenſa laboris & ſumptuum conſtitit haud exigua. Caulis vero, herba, & flores, á Sole vegetantur Partibus trib᷑, á Marte quatuor, á Luna quinq;. Semini (quod quanquam acredine ſuperet, tamen quia minus habet caloris, nocentius eſt) Sol quidem qualitatis Elemẽtalis ſiue (vt ita dicam) Influentialis inſerit Partes duas, Mars quatuor, Luna ſex. Temperamentum igitur Plantæ totius, ex Sulphuris partibus tribus, totidem Salis, & ſex Mercurij cõcreuiſſe apparet: Vimq; eidẽ inde promanare: reſoluendi, diſſipandi, & potenter expellendi. PORRO, QVÆCVNQVE partium Plantæ, Saturno in Domo octaua Dignitatem ob-

ἐνεργεία